JUDEX
ECCLESIASTICUS
SEU
Decretalium Gregorij IX. Pont. Max.
LIBER I.
BREVI METHODO AD DISCENTIUM UTILITATEM EXPOSITUS.

In quo præcipuæ circa materiam hujus Libri primi, quæ tum in Theoria, tum in praxi occurrunt, difficultates ſolvuntur, allatis etiam contraria ſententium fundamentis, & horum ſolutionibus.

AUTHORE
R. P. FRANCISCO SCHMALZGRUEBER
Soc. JESU, SS. Theologiæ, & SS. Canonum Doctore, horúmque in Alma, & Electorali Univerſitate Ingolſtadiana antehac Profeſſore Ordinario, & Primario, nunc Epiſcopalis Univerſitatis Dilinganæ Cancellario.

Accedunt duo Indices, unus Titulorum initio Operis, alter rerum, & verborum notabilium in calce ejuſdem.

Cum Privil. Sac. Cæſ. Maj. & Facul. Super.

INGOLSTADII,
Sumptibus Joannis Andreæ de la Haye Bibliopolæ Academici.

Dilingæ, Formis Joannis Ferd. Schvvertlen, Epiſcopalis Principalis Aulæ, & Civitatis Typographi, Anno MDCCXXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ELENCHUS TITULORUM LIBRI I. Decretalium.

TITULUS I.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

§. I, De Summa Trinitate, fol. 2.
II. De Fide Catholicâ, & ejus Profeſſione. 5.

TITULUS II.

De Conſtitutionibus.

§. I. De Natura, Varietate, Actibus, & Cauſa Finali Legis. 9.
II. De Cauſa Efficiente Legis. 12.
III. De Cauſa Materiali Legis. 19.
IV. De Cauſa Formali Legis. 23.
V. De Effectu Legis. 29.
VI. De Subjecto Legis. 34.
VII. De Interpretatione Legis 43.
VIII. De Ceſſatione Legum. 48.

TITULUS III.

De Reſcriptis.

§. I. De Reſcripti Natura, Varietate, & Impetratione. 60.
II. De Reſcriptorum Forma. 64.
III. De Vitijs Reſcriptorum, maximè de Ob & Subreptione illorum. 70.
IV. De Reſcriptorum Præſentatione. 77.
V. De Reſcriptorum Interpretatione. 80.
VI. De Reſcriptorum Executione. 85.

TITULUS IV.

De Conſuetudine.

§. I. De Conſuetudinis Natura, Varietate, & Conditionibus ad illam requiſitis. 90.
II. De Rationabilitate ad Conſuetudinem requiſita. 94.

JUDEX ECCLESIASTICUS,

Seu

Decretalium Gregorij IX. Pont. Maximi.

LIBERI

IN quinq;partes diſcriminari Liber hic poteſt: quarum prima Regulam proponit, quá Judex Eccleſiaſticus ſequi in judicando debet; altera modum explicat, quo quis ad Judicis Eccleſiaſtici dignitatem aſſumitur; tertia Ordinem, quo debet inſignis eſſe; quarta Officium, quod gerendum eidem eſt; quinta denique per quædam Præliminaria ad Judicia Eccleſiaſtica eidem viam præmunit.

PARS I.

Regula Judicis Eccleſiaſtici.

REgula, quam Judex, non tantùm Eccleſiaſticus, ſed quivis alius ſequi in judicando debet, maximè quadruplex eſt. Prima *Deus* eſt; hunc enim in judicando, ne alienis evertatur affectibus, præ oculis habere maximè Judicans debet: & hinc dum ſententiam pronuntiant Judices, plerumque in clauſulam eidẽ addunt *ſolum Deum præ oculis, & animo habentes &c.* Altera *Lex* eſt; nã ut *can. in iſtis 3. diſt. 4.* dicitur, Judex *non de legibus, ſed ſecundùm ipſas judicare debet.* Tertia, ſiquidem ſit Judex inferior, *Reſcriptum Principis*, quo aut judicandi poteſtas ipſi conceditur, aut modus in cauſa procedendi præſcribitur. Quarta *Conſuetudo*; nam ubi Lex deficit, Legis vices legitimè introducta Conſuetudo ſupplet. Quatuor iſtas regulas quatuor Tituli primi proponunt Judici. Sit ergo

TITU-

JUS
ECCLESIASTICUM
UNIVERSUM,
Brevi Methodo ad diſcentium utilitatem
explicatum,
SEU
LUCUBRATIONES CANONICÆ,
In quinque Libros Decretalium Gregorij IX. Pont. Max.
In quibus præcipuæ, quæ tum in Theoria, tum in Praxi occurrunt, diſficultates ſolvuntur, allatis etiam contrà ſentientium fundamentis, & horum ſolutionibus.

AUTHORE
R. P. FRANCISCO
SCHMALZGRUEBER
Soc. JESU, SS. Theologiæ, & SS. Canonum Doctore, horúmque antehac in Alma, & Electorali Univerſitate Ingolſtadiana Profeſſore Ordinario, & Primario, nunc Epiſcopalis Univerſitatis Dilinganæ Cancellario.

EDITIO SECUNDA.

Cui adjecta de novo eſt Introductio ad Jus Canonicum, ſeu Diſſertatio Proœmialis.

Accedunt ad ſingulos Tomos duo diſtincti Indices, unus Titulorum initio Operis, alter rerum, & verborum notabilium in calce ejuſdem.

Cum Privil. Sac. Cæſ. Maj. & Facul. Super.

INGOLSTADII,

Sumptibus JOAN. ANDREÆ de la HAYE Bibliopolæ Academici.

Dilingæ, Formis Joannis Ferd. Schwertien, Epiſcopalis Principalis Aulæ, & Civitatis Typographi, Anno MDCCXXVII.

EMINENTISSIMO
ET
REVERENDISSIMO
DOMINO, DOMINO
JOANNI
BAPTISTÆ

S. R. E. TITULO SANCTI STEPHANI IN COELIO MONTE PRESBYTERO

CARDINALI
PTOLOMEO.

Author Operis Felicitatem.

ERubeſceret ad ſplendorem Sacræ purpuræ Tuæ Eminentiſſime Domine, *Libellus hic meus, hujúſque Majeſtate perterritus, cum quatuor Socijs ſuis, quorum unus comes ad Te pergit, tres reliqui adhuc ſub prælo ſudant, ultro ad eas, quas obſcuritas eorum meretur, ſe tenebras ſe condemnaret, niſi hoc ipſum, quod abſterrere eundem debebat, animos ei feciſſet, ut* Tuo *ſub* Nomine *in lucem prodiret publicam. Nota eidem eſt ſumma ſua exilitas, nota obſcuritas: hinc cùm domeſtici decoris nihil in ſe eſſe conſpiceret, aliunde emendicare ſibi ſplendorem debuit, ut dignè compareret in publico. Sed unde*

 illum,

INTRODUCTIO

ad

JUS CANONICUM UNIVERSUM,

Seu

Diſſertatio Proœmialis.

ANtequam ipſam Juris Sacri, quam meditor, Explanationem exordiar, non abs re facturum me æſtimo, ſi aliquantiſper conſiſtens in limine, & Doctorum, quam in alijs Scientijs ex-ſplicandis tenent, methodum imitatus, toti huic Operi Prolegomena quædam præfixero, atque in his de Juris origine, progreſſu, natura, varietate, authoritate &c. pauca aliqua diſſeruero, cùm & Ulpiani ſit monitum, quòd *Juri operam daturum priùs noſſe oporteat, unde nomen Juris deſcendat*, ut habetur *l. Juri 1. ff. de J. & J.* Hinc Juris Interpretes hortatur Gajus *l. facturus 1. ff. de Orig. Jur.* ut ad ſuum exemplum præfationem explicationi præmittant; nam *ſi in foro*, inquit, *cauſas dicentibus, nefas, ut ita dixerim, videtur eſſe, nulla præfatione factâ, Judici rem exponere, quanto magìs interpretationem promittentibus inconveniens erit, omiſſis initijs, atque origine non reperita, illotis, ut ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare?* & hoc non absque ratione; nam Præfationes libentiùs nos ad propoſitæ materiæ lectionem inducunt, & cùm eò ventum eſt, evidentiorem præſtant intellectum. Ut verò clariùs procedam in hoc negotio, totam Diſſertationem in ſuos §. §. dividam. Sit ergo

§. I.

De Etymologia Juris, & Juſtitiæ, diverſa eorum acceptione, & generali diviſione.

S U M M A R I U M.

1. *Vocis* Jus *variæ derivationes.* 2. *Quænam ex his præferenda?*